subterfugiendo nec modo quovis evaden[dis] suis personalibus recognitionibus ac [?] omnibus [?] mediante.

Ossolinski Fredrowi Obligat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Praemislien[sibus] Generosus Nicolaus de Tęczyn Ossolinski dominus mente et corpore a terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedens Praesenti vero Iurisdictioni Castren[si] Capitaneali Praemislien[si] quo ad hunc solum actum attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan[do] et subjiciend[o] Palam publice libere ac per expressum recognovit Quia ipse Bona sua propria et haereditaria infrascripta nempe totas et integras villas Myslatycze Hankowice Tulkowice cum praediis et aedificiis atque curiis illic existen[tibus] Nec non cum Praedio Nobilis Bzowski alias Zdaring Bzowskiego in bonis praedictis villae Myslatycze sit[um] in terra praesenti Praemislien[si] iacen[te] Cum omni praemissorum iure dominio et proprietate ac titulo obligatorio tumque omnibus et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proven[tibus] redditibus ammodis obventionibus et emolumentis competentiisque et praerogativa quarumcunque arcis hortis aedificiis structuris agris pratis campis sylvis borris mericis rubetis mellificiis pascuis aquis stagnis piscinis lacubus fluviis fluminibus rivulis torrentibus, sepinis molendinis molendinatoribus mellificiis tabernis thelonetis subditis eorumque vectionibus proventibus tributis muniis officiis vectionibus dierum laboribus censibus dation[ibus] et aliis cunctis commoditatibus ex eisdem bonis et villis modo quovis provenien[tibus] in universum omnibus nihil ratione praemissorum bonorum iuris dominii potestatis tituli ac Causis competentiis et praerogativa sibi et suis haeredibus

1268

aut alio quopiam reservando seu excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque generi per speciem et e contra in nullo derogando generalitas specialitati et specialitas generalitati in nullo ... derogari possit prout praefatorum bonorum haereditas se in his metis et limitibus extendit et protenditur. eitque ab aliis vicinis confinijs distinctata et prout eadem bona seu villas supranominatas idem recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eundem iure terrestri servitebant. Iam ex nunc et de facto Generoso Sigismundo de Bleszowie Fredro Dapifero Terrae Sanocensi eiusque posteris in summa Viginti Quinque Millium florenorum polonicalium per se recognoscentem ab eodem Generoso Dapifero Terrae Sanocensi numerata et recepta hinc et ab actu praesenti ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli post integrum triennium proxime tunc venturum incidens in anno Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Secundo pro festo eoque supradicto sese determinans et in casu protunc bonorum praedictorum exemptionis et summae obligatae persolutionis ex tunc ad aliud triennium integrum pro eodem simili festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli sese determinans et sic consequenter de triennio ad triennium pro simili festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli expirante et sese determinante trienniis et festis sese continue et immediate sequentibus usque ad exemptionem bonorum supradictorum et summae ... plenariam et indivisam persolutionem obligavit inscripsit et invadiavit prout ... obligat inscribit et invadiat. Et tam ex nunc memoratus recognoscens Generosus Nicolaus de Tenczyn Ossolinski supradicto Generoso Dapifero Terrae Sanocensi et eius posteris in eadem bona supradicto modo ... obligata tam ... dat et admittit realem intromissionem et ... pacificamque possessionem per ... quemcumque sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis

1169

curaq competentem et Albes duos ad id praesent deputat quem et quos sibi eligent die quacunq voluerint in fundo bonorum recensitorum per praesent obligatorium offere acceptandam Per ipsum Generosum Sigismundum de Lezowice Loco Dapiferum Terrae Sanocen obligatorium suum et eius posteros hoc eadem bona universa seu villas suprascriptas per praesens obligatas cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus commodis obventionibus et emolumentis competentiisque et praerogativis quavis ac beneficiis iuris quibusvis attinentiisque et pertinentiis grati universis tenendi habendi et possidendi illisque pacifice et quiete utifruendi eademque ad usus suos et suorum successorum quovis beneplacitis libere et effectualiter convertendi modo et titulo obligatorio. Debebit et tenebitur memoratus resignans prout se et suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniariis habitis et habendis supranominato Dapifero Terrae Sanocen obligatario suo et eius posteris inscribit et obligat ipsum obligatarium suum et eius posteros in dictis bonis seu villis suprascriptis modo praemisso obligatis et ratione eiusdem omnium ab omni et quavis impetitione iudica quarumcunque personarum status sexus et conditionis cuiusvis existentium excipienda in omni Iudicio et officio Regni tam in toto quam in parte toties quoties opus et necesse fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare indemnemque cum eius posteris semper facere Necnon hoc eadem bona universa modo praemisso obligata ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus in eaque bonis modo quocunque cuiusvis personarum factis et faciendis tum etiam a quibusvis citationibus in eaque bona importatis et importandis liciis denique et processibus iuris quibusvis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quovis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis ac super praemissis bonis obligatis productis et producendis emundare et eliberare mundaque

1126

et libera semper facere ac etiam introitum praefatam coram offo praesenti

admissam in fundo bonorum suprascriptorum modo praemisso obligatorum dum

per nominatum et ntes duos offose requiretur non denegare imo debebit

et tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere

dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum praemissorum omnium

nullo modo tam per se quam per suas quasvis submissas et subor

dinatas personas propellire nec adimere ipsumque Generosum Da

pifenem Terrae Sandecensis in dictis bonis modo praemisso obligatis

bonisque ad exemptionem bonorum suprascriptorum, et summae praefatae Vi

ginti Quinque Millium florenorum pollon. plenariam et inclusive

eam exolutionem non minuari ita ut haec eadem bona seu villas

suprascriptas idem obligatarius suis cum posteris quiete et pacifice

in sensibus praesentis obligatoriae vigore tenere habere et possidere

quaerat et possit, idque sub vadio similis summae aliorum Viginti

Quinque Millium florenorum pollon. per eundem recognoscentem Generosum

Nicolaum de Wierzyn Osslinski sive eius posteros suprascripto Generoso

Sigismundo de Lieszowie Sredro Dapifero Terrae Sandecensis

sive eius posteris ob non completionem omnium et singulorum tam

in toto quam in parte toties quoties opus fuerint ad soluendum nec

cumbens. Ad quod quidem vadium modo praemisso ad soluendum

succumbit ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa

implendum citatus eadem recognoscens Generosus Nicolaus Osslinski

sive suis cum posteris ad instantiam suprascripti Generosi Dapiferi

Terrae Sandecensis sive eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale

Premisliense Iudicio eiusdem quo ad respondendum spectat coram

suprascripto mediante semper in primo citationis termino tanquam peremptorio

stare comparere vendere vadium praedictum luere in toto

hinc satisfacere ac omnem iudiciatam praestare debebit et tenebitur

seque ac dictos successores ad eundem omnia obligat et inscribit illum

praefixum terminum peremptorium et alios omnes exinde consequentes

causa eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successione legione intra vel extra Regnum servicio militari ad munimenta ad evictorem cum alijs quibusvis dillationibus et legalibus impedimentis non differen[do] ad quietationem extra proximos officij praefati Castren[sis] Premislien[sis] terminos dillationem sibi non recipien[do] nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciend[o] ac praemissa omnia poenis simplicibus vel duplicatis citationibus superiorum fatalijs durus terrestri bello, conventionesque ac ceteris in universum quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugien[do] nec modo quovis evadendo hac sua sponte recognitione ad praemissa omnia median[te].

Ossolinski Fredrowi Debet

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitanealibus Premislien[sibus] Generosus Nicolaus de Teczyn Ossolinski Sanus mente et corpore existens A terrestribus iunctis iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo Praesenti vero iurisdictioni Castren[si] Capitaneali Premislien[si] quoad hunc solum actum attinet se eius Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporan[do] et subijcien[do] Palam publice libere ac per expressum recognovit quia ipse Generoso Sigismundo de Pleszowice Fredro Dapifero Terrae Sanocen[si] et eius posteris Summam viginti septem Millium et Quadringentorum florenorum pollonicalium certi veri moti et liquidi debiti mutuatique pro quolibet floren[o] triginta groš pollon[icales] computan[do] et numerando tenetur atque debet quam quidem summam supra scriptam viginti septem Millium et Quadringentorum florenorum pollon[icalium] idem recognoscens Generosus Nicolaus Ossolinski se et suos posteros in et super bonis suis generaliter omnibus summisque quibusvis pecuniarijs supra scripti Generosi Sigismundi Fredro Dapifero Terrae Sanocen[sis]